

Distributa. S^a totalis, in qua s^a includuntur 2988 ß 35 gr., que remanserunt de antiqua computacione^a), 321 ß 32 gr. nomine edificiorum factorum in castro Friberch, 100 ß , quas monetarius dixit se dedisse domino Wilhelmo marchioni, et 200 ß , de quibus se dixit tradidisse oblivioni in prioribus computacionibus, quas domini tamen pro deliberacione et servicio (?) faciendo in computacione locaverunt, et fuit s^a totalis distr. 4015 ß 6 gr.

Perc. igitur singulis et distr. mutuo computatis et defalcatis remanet s^a distr. Augustini monetarii tota 1243 ß 32 gr.

23. Rechnung des Zehntners Johannes Bobirscher auf die Zeit von 1367 Sept. 18 bis 1368 Apr. 23. Abgelegt: 1368 Apr. 23.

10 Hdschr.: Hauptstaatsarchiv Dresden Cop. 5 fol. 42^b.

Anno die loco presentibus ut superius fecit Johannes Bobirscher racionem de decima in Friberch videlicet a sabbato ante Mathei 1367 usque in sabbatum ante reminiscere^a) 1368 (25 ebd.). S^a perceptorum 132 ß 5 gr. 2 h. S^a distributorum 112 ß 45 gr. 2 h. Hiis igitur perceptis et distributis mutuo computatis remanet s^a perceptorum 19 ß 20 gr.

15 Secundo fecit idem decimator computacionem a sabbato ante Gregori^b) usque in dominicam misericordia domini. S^a perceptorum 36 ß 27 gr. 9 h. S^a distributorum 68 ß 39 gr. Hiis igitur perceptis et distributis mutuo defalcatis incl. 19 ß 20 gr. de remanentibus prioris computacionis ac etiam 50 ß , quas idem decimator nomine domini Friderici marchionis dedit Johanni Cygeler occasione sumptuum factorum in Dresden, remanet s^a distr. 32 ß 12 gr.

20 Item domini assignaverunt Sifrido de Schonenfelt militi 110 ß nomine dotis in decima levandas. Datum 1368 in die Marcii^c). Item Franczkoni de Meideburg 274 ß in decima levandas post pecuniam aliis prius assignatam. Datum ut supra. Item Nycolao et Hanemano Gruner fratribus et eorum heredibus 120 ß gr. in totali decima in Friberch levandas, immediate postquam Francz de Meideburg s^{am} suam sibi ibidem prius assignatam integre levabit et complete. Datum judica 1369^d).

25 **24. Rechnung der Münzmeister Nicolaus und Johannes Hartusch und des Zehntners auf die Zeit von 1368 Apr. 23 bis 1369 März 17. Abgelegt: Dresden, [März 17].**

Hdschr.: Hauptstaatsarchiv Dresden Cop. 5 fol. 43.

30 Computacione facta in Dresden cum Nycolao et Johanni Harthus monetariis de Friberch^a) in presencia dominorum Friderici, Balthasar et Wilhelmi marchionum et suorum secretariorum videlicet de omnibus perceptis et distributis mutuo computatis et defalcatis a dominica qua cantatur misericordia domini 1368 usque in sabbatum post letare 1369 incl. (47 ebd.), perceptis defalcatis remanet s^a distributorum usque in diem hodiernum 4430 ß gr., prout hoc littera locacionis monete super eo data de verbo ad verbum cavit manifeste^b).

35 Anno die loco et testibus ut supra fecit decimator racionem de decima Fribergensi (*über dieselbe Zeit*). Omnibus distributis defalcatis remanet s^a perceptorum 65 ß gr., quas ex voluntate omnium dominorum dedit domino Friderico marchioni Mynsensi.

22. c) Vergl. R. 20.

23. a) 1368 März 4. b) 1368 März 11. c) 1368 Apr. 25. d) 1369 März 18. Vergl. dazu No. 914.

24. a) Ihre Bestallung No. 909. b) Vergl. No. 914.